



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reveren-||dissimi In Chri-||sto Patris Et Domini, Domi||ni
Hermanni sanctæ Colonien[sis]. ecclesiæ Archiepiscopi,
Principis || Electoris, Westphaliæ & Angariæ Ducis &c.
Iurisdictio-||nis ...**

Hermann <V., Köln, Erzbischof>

Coloniæ, 1529

VD16 ZV 26551

De Aduocato Fisci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30917

HERMANNI

reos in vincula coniectos & in criminibus notorijs comprehensos. Nec pro
tutione rerum eorum qui conscientia malæ causæ ex diocesi nostræ se red
dunt fugitivos, decernet.

DE SIGILLIFERO

I. Ipse & Officialis circa iurisdictionem nostram diligentes sint, vnus al
teri assistat, ac simul iurisdictionem nostram contra violatores tueantur & de
fendant, seu ad nos referant, quemadmodum habent statuta à prædecessorib
bus ædita.

II. Per se, aut Subsigilliferum suum Acta circa obseruationem termino
rum, & alia diligenter reuideat, an videlicet nullitates aliquæ admittæ sint. Et an
debitè scripta sint per Notarios, & rubricata, & contineant tot versus seu rigas,
dictiones & syllabas, quot requirunt statuta. Et Notarios in conscriptione actio
rum delinquentes, pro suo arbitratu & modo delicti corriget.

III. Et generaliter cum consilio Officialis excessus, negligentias, aliq
correctione digna Procuratorum, Notariorum, Bancalium, Latorum litera
rum, & Audientiarum emendet.

IIII. Et præsertim intendat animum vt Bancales sua officia sedulo &
probe exerceant, partes inutilibus expensis non grauent, sed statutis obtempe
rent. In delinquentes vero & excedentes animaduertat, vt sint alijs in exemplū,
priuatione scilicet officiorum, aut saltem temporaria suspensione.

V Vt notoria presbyterorum crimina siue excessus, quæ in scandalum ven
gunt laicorum, non sinat redimi pecunia, sed perpetua aut temporali suspensio
ne, aut alia pœna canonica pro modo culpæ corrigat.

DE ADVOCATO FISCI

Aduocatus Fisci statutum domini Theoderici seruet, Copiam sui Procura
toribus Fisci faciat, vt causæ Fiscales debitæ instituantur & peragantur, diligen
ter animaduertat. In conficiendis materijs exhibendis non tardus, sed celer
existat.

C De Fisc